



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

1. De peccato avaritiae, & quid sit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**



I. Post. 1. ad Tim. 5. inquit, Radix omnium  
malorum avaritia, id est, cupiditas pecuniae seu bonorum temporalium: ex  
hac radice inuidia, homicidium, mendacium, perjurium &c. nascuntur tanquam  
*ex fonte*. ad Col. 3. inquit: Avaritia est simulacrum  
seruitus, & Ephe 5. dicit, quod sit idolorum seruitus,  
vbi Apostolus maximè assimilat avaritiam idolatriæ, & hoc eam ob causam secundum Chrysostomum  
homil. 15. super Hebr. quia avarus deridet communi-  
cationem Dei Matt. 19. Facilius est ire camelum &c.  
Cōtemnit patrem, matrem, propinquos, benefac-  
torem &c. nullū curat, nec ipsum Deum timet, saltē ut  
habeat lucrum & pecuniam. Matth. 6. Vbi thesaurus  
tuus, ibi & cor tuum: nulla fiducia in Deo, sed in nū-  
mis. & ideo dicit Chrys. quod unus avarus peior est  
mille dæmoniacis. Nam Diabolus solum suo malo  
laborat, sed avarus communis ærumna est ac damnū  
totius ciuitatis & patriæ. facit enim per suam avari-  
tiā, ut frumenta, vina, elocationes domorum & omnia  
fiant cari precij, vnde recte increpat eos Sapiens  
Eccl. 10. Avaro nihil est scelestius. Ideo & Christus in-  
quit, Lucæ 12. Cauete ab omni avaritia, quia non in  
abundantia cuiusquam vita eius est, ex his quæ possi-  
det. & Christus dixit similitudinem. &c.

2. Secundò, multa mala sequuntur ex avaritia, si-  
cūt inquit Apostolus, 1. Tim. 6. Qui volunt diuities sic  
ri, incident in temptationem & laqueos Diaboli, & in  
desideria multa & inutilia & nociva. Porro, hæc mer-  
gunt homines in interitum & perditionem. sic Iudas  
avaritiæ laqueo fuit illaqueatus, ut proderet Domi-  
num, Matth. 26. ita & gentilis Poëta dixit,

Aeneid. 6.

*Vendidit hic auro patriam. &c.*

Amor enim pecunie pedit regna, ciuitates, corrum-  
pit Iudices & Iuristas. Sic Balaam captus fuit laqueo  
avaritiae.